

Johann Christian Burgmann

**Rector Academiae Rostochiensis, Ioannes Christianvs Bvrgmann, S. Theol.
Doctor ... Vocem D. Ioannis C. I, 14. Verbvm Caro Factvm Est; Cvrativs
Meditandam Proponit, Et Cvm Sanos De Incarnatione Filii Dei Sensvs, Tvm
Integrvm Fidei Pietatisqve Observivm, Commendans, Cives Academicos O. O. H.
Ad Natalem Domini Sancte Concelebrandvm Excitat Et Exhortatvr**

Rostochii: Typis Ioannis Iacobi Adleri, [1742?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032161>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1742. Weihn.

~~M-1256. 270.~~

W. 1742

RECTOR
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS,
IOANNES CHRISTIANVS
BVRGMANN,

S. THEOL. DOCTOR, ET PROFESSOR P. O.
AD AED. SP. S. PASTOR,

VOCEM D. IOANNIS
C. I. 14.

VERBVM CARO FACTVM EST;

CVRATIVS MEDITANDAM PROPONIT,
ET CVM SANOS DE INCARNATIONE FILII
SENSVS,
TVM INTEGRVM FIDEI PIETATISQVE
OBSEQVIUM,
COMMENDANS,



CIVES ACADEMICOS O. O. H.

AD
NATALEM DOMINI SANCTE
CONCELEBRANDVM EXCITAT ET EXHORTATVR.

ROSTOCHII,

Typis IOANNIS IACOBI ADLERI, SERENISS. PRINC,
& ACADEMIAE Typographi.

M. 1256 270



Amniuersarium laetissimumque, quod hodie agitur, Festum Natalitium, mundi Saluatorem conspiciendum nobis praebet, secundum Diuinitatem in incarnatione, quae natali die manifestata est; secundum humanitatem in exinanitione, cuius alter gradus est natiuitas. Vtriusque non immerito diligens instituitur consideratio; sed prioris tamen iucundae maxime recordationi dicatum est hoc tempus, vt de ἐσαρκάσει τοῦ λόγου intime conuicti, hilarem hunc sumamus diem, Θεάνθρωπον fide suscipientes atque in Spiritu & veritate adorantes. Ducem vobis, *Ciues O. O. honoratissimi*, munere id exposcente, me dabo, vel IOANNEM potius designabo. Neminem temere fugit illius oraculum, quod Summum istud mysterium tradit & *Cap. I, 14.* legitur: καὶ ὁ λόγος σαρξ ἐγένετο. Paucis planisque verbis τῆς μεγαλείᾳ τοῦ Θεοῦ eloquitur Euangelista. Vtinam ea prona mente exciperentur, simplici que fide intra animum admitterentur! Sed nullam intactam relinquit vocem, quam non sollicitet, sapientia mundi, aduersus DEI cognitionem se efferens.

Λόγον adpellat IOANNES, quem vt aeternum verumque DEVM *v. 1. 2.*; vt rerum omnium creatorem *v. 3.*; vt vitam & lucem mundi *v. 4. sqq.* descripserat: nunc vt hominem, inter homines aliquamdiu commoratum, & ab iis in gloria Vnigeniti Patris visum, proxime sistit. Quem hunc λόγον alium esse, opinaberis, quam secundam Deitatis personam, DEI Filium? Aliud nihilominus Verbum substituunt, quotquot Illius vel personalitatem; vel Deitatem veram summamque insciantur. *Priores* mox rationem DEI essentialem; mox eiusdem ad extra manifestationem innui credunt. Eo collineat Autor *Platonismi denudati*, (a) qui tres statuit, diuinae reuelationis, communicationis, manifestationis & adparationis vias, quae DEI verbum adpellatae sint: per lumen supernaturale, per angelos & Christum, inter quas postremam eminere prae reliquis contendit. *Toutes ces apparitions sont appelées le Verbe de Dieux, ou pour parler a la maniere des Hebreux son shechina, c'est à dire son habitation & sa présence. Mais la dernière est la parole de Dieu par excellence. S. Jean nous décrit la dernière de ces Manifestations, quand il ajoute, que cette parole a été chair; c'est à dire que la chaire de I.C. a été le Nuage glorieux, ou Dieu s'est rendu visible dans ces derniers Temps, & d'ou il a fait entendre ses Volontez: de sorte que*

(a) *Le Platonisme dévoilé Part. I. C. I. p. 3. 6. 8.*

que la parole ou la présence de Dieu n'est plus un corps de lumière ou la personne d'un Ange, ou une apparence d'Homme, mais un Homme véritablement, un Corps, une chair palpable. Prope ab his abest, λόγον pro interna DEI cogitatione, aut idea essentiali venditans, prout testatur eius paraphrasis in initium Ioan. POIRET (b) Fons erroris, qui in textu nullum inuenit praefidium, ideoque nunc dimittendus est, non est alius, quam Sabellianismus seu Modalismus. Posteriores vel personam Diuinam creatam cum Arianis; vel nudum hominem cum Socinianis nomine Verbi DEI intelligunt. Veteres Arianos inter DEVM Vnigenitum & DEVM Verbum distinxisse constat. Horum vestigiis insistent, praeter CINGALLVM siue SANDIUM, Neo-Ariani-Britanni, WHISTONVS, CLARKIUS, ceteri, qui subordinationem inter personas Trinitatis, tanto strepitu nouissime propugnarunt. Urgent hi plerumque, IOANNEM λόγον memorare sensu PLATONIS & PHILONIS, qui per λόγον Diuinitatem Numini supremo subordinatam significarint. Sed perperam supponunt 1. IOANNEM λόγον suum a gentilibus mutuatum esse, quem ipsum a SPIRITVS. & ex Scriptis Prophetis hauisse compertum habemus. 2. Quaecumque de λογα tradunt PLATO atque PHILO, illis, quae de eodem IOANNES Θεοπνεύτως consignauit, prorsus consentire, cum tamen inter λόγον IOANNIS & PLATONIS insigne quoad potissima deprehendatur discrimen. (c) Socinianis fudes in oculis est incarnatio Verbi, quandoquidem, ea admissa causa, ceciderunt Christum pro nudo homine reputantes. IOANNES CRELLIUS, qui omnes ingenii neruos intendit, vt TRINITATIS mysterium subruat, Filii DEI incarnationem quatuor argumentis oppugnat. Sed meros paralogismos profert, & in rationis corruptae sophismata delabitur. Plurimum his hominibus negotii facessunt verba IOANNIS: Verbum caro factum est. Ex his enim iure inferitur, Verbum, priusquam carnem adsumsit, iam existitisse. Qui enim fit aliquid, quod antea non fuit, prius vere existitisse supponitur. Nec minus inde colligitur, Verbum ante incarnationem fuisse absque carne, quam postea induit, & habuisse essentiam, ab humana diuersam. Non enim homo fieri potuisset, si iam ante incarnationem humana natura praeditus fuisset. Hunc nodum, cum soluere nequeant, vt fecent, omnem mouent lapidem Sociniani. Praecipuas il-

(X) 2

10-

(b) Vid. POIRET *Oecon. Diu. T. I. Lit. I. C. IV. §. II. p. 43.*

(c) Conf. h. GRAPIVS *Theol. Recens. Controv. Cap. II. quest. II. p. 105. sqq. quaeft. XVII. p. 143. sqq.* & qui pluribus dissertat, λόγον Ioannis excussit, F. A. LAMPE *Dissert. Philologico-Theologicae. Syntagm. Amstel. 1737. Vol. I. p. 239 sqq.*

lorum exceptiones recitabo, vt sensus dicti Ioannaei, & veritas incarnationis Filii DEI in aprico collocentur. Vrgent primo, a Verbo incarnato, ad DEVM incarnatum non valere consequentiam *Aliud, inquit Catechesis Racouiensis (d), est; Verbum caro factum est, aliud: Deus incarnatus est (vt loquuntur) vel natura diuina assumpsit humanam.* Rsp. Neque nos a verbo quocunque; Sed ab incarnato Verbo, quod in initio & apud DEVM, imo ipse Deus erat, per quod omnia creata sunt, &c. ad DEVM incarnatum concludimus, quod, ni fallor, apertum est. Interferunt secundo, Christum adpellari Verbum non nisi metaphorice & metonymice. Non eadem vero ratione vel veteres vel recentiores huius sectae adfectae mentem exponunt. VALENTINVS SMALCIVS (e) ad quaestionem: *Warumb nennet der H. Iohannes den Herren Iesum ein wort oder eine rede? respondet: Entweder darumb, das, gleichwie der menschen wille durch ihre rede offenbaret wirdt, also auch Gottes wille durch den Herrn Iesum Christum vollkommenlich offenbaret und ausgeleget ist. Oder es wirt Christus mit dem nahmen des Dinges genennet, welches durch ihn der welt ist offenbar geworden.* Paulo aliter SAMVEL CRELLIVS (f) & alii. Nos Christum secundario verbum adpellari ratione officii, seu quia voluntatem DEI nobis exposuit *Io. I, 18.* largimur; primario vero λογον ratione essentiae vocari credimus, quam per generationem habet aeternam a Patre, tamquam splendor gloriae & Character personae illius *Hebr. I, 3.* Esto autem CHRISTVM hic verbum dici vel metaphorice vel metonymice, nonne propterea alio respectu simul Verbum essentialiter & verus DEVS esse potest? Imo si interpres est Diuinae voluntatis, nouaque omnia creauit, quod Sociniani fatentur, dummodo genuino sensu faterentur, humanam sortem longe transcendit & ad diuinam gloriam euehendus erit. Instant tertio, IOANNEM in Euangelio eosdem petere quos in Epistola vocat Antichristos. Hos autem Christum λογον, a Iesu distinxisse, & Iesum pro nudo habuisse hominem. Quibus dum occurrere voluerit IOANNES, non alium eum per Christum λογον innuere potuisse, quam nudum hominem. Ita argutatur excitatus SAM. CRELLIVS (g): *Intelligebant illi per Iesum, hominem simpliciter sic dictum, quem cum negarent, esse Christum & Filium Dei, Ioh: nes vero o contrario, directis terminis illis*

contra-

(d) *Quaest. 145. edit. Oeder. p. 259.*

(e) *In der kurtzen Auslegung vber den Anfang des Euangelii des H. Iohannis, Racou 1611. p. 6.*

(f) *Cogitat. nouarum de primo & secundo Adamo compendio Amstel. 1700 excuso, §. CXXXVI. p. 98.*

(g) *l. c. §. CXXX. CXXXI. p. 93. 94.*

*contradicens, afferat, Iesum esse Christum illum Dei Filium; manifeste per Iesum intelligit etiam hominem solum, cum persona aliqua, quae non esset homo, in natiuitate non coniunctum. Alioquin cum directe Antichristis illis contradicere deberet, si aliud quid per Iesum atque Antichristi intellexisset, affirmasset de caepis, quod illi negabant, de alio. - Iam etiam patet Iohannem in Euangelio suo, id plane dicere voluisse, quod logos ille Dei a homine Iesu non sit alius, neque ab homine Iesu distingui villo modo debeat. Inania haec sunt & lubrica. Intricator est & diffusior quaestio de Euangelii IOANNIS scopo, quam vt hic discuti queat. Quidam illum faciunt dogmaticum; alii polemicum. Atque hi in varias iterum partes discedunt, haud raro coniecturis ludentes. Vix alia vero a probabilitate longius aliena est sententia, quam quae a CRELLIO proponitur. Quomodo perficiet, IOANNEM Euangelium & Epistolam iisdem Antichristis opposuisse? Antichristos ea sensisse, quae CRELLIVS comminiscitur, ex epistola IOANNIS nullis fidiculis extorquenda? haereticos, qui Christum λόγον a Iesu distinxerunt, quo Euangelium IOANNIS in litteras relatum est, tempore iam profuissse. Fac autem improbabilia non esse, quae de his Antichristis perhibentur, & tam in Euangelio quam Epistola obuiam illis iuisse IOANNEM, num ea propter Iesum Christum λόγον pro nudo homine venditare debuit? Nonne erroris eos manifesto conuincit, Iesum Christum, adfirmans, verum Messiam summumque DEVM esse? Hanc autem mentem IOANNI sedisse, exserta verba Io. XX, 31, 1 Io. II, 22. 23. C.V, 20. testantur. Obtundunt quarto IOANNEM loqui de Verbo, quod extiterit in principio creationis mysticae, seu praedicationis Baptistae, h. e. nudo homine. Hunc enim nominis ἀρχή significatum s. litteris familiarem esse, & obiectioni tacitae de praerogatiua IOANNIS, & iuxta nonnullos sectae peculiari, quae IOANNI prae CHRISTO primas detulerit, opponi. Diferte SMALCIVS, (i) quem sequuntur alii, ipseque GROTIUS: *Was meinet der H. Iohannes durch den Anfang? Die Zeit da sich das Euangelium angefangen &c. Wenn hat sich denn das Euangelium angefangen? Da Iohannes der Teuffer anfang zu lehren. Wie das bezeuget der H. Marcus im Anfang seines Euangelii. Warumb sagt der H. Iohannes, das der Herr Iesus im Anfang des Euangelii war? Darumb, das nicht iemandt meinete, als solte Iohannes der**

X 3

Teuf-

- (h) Conf. VITRINGA *Obseruat. S. Libro V. Cap. X. sqq. p. 132.*
 & qui hoc argumentum luculenter persecutus est, D. FRID.
 ADOLPH. LAMPE *Comment. Euangelii secundum IOANNEM*
Tomo I. Prolegomen. Lib. II. C. III. IV. p. 172. sqq.
- (i) *In der Auslegung uber den Anfang des Euang. Ioann. p. 6. 7. Add.*
Catech, Racouiens. quaest. 104. p. 135. sqq.

Teuffer fürtrefflicher gewesen sein, als der H. Iesus &c. Nobis exploratum est, voce ἀρχῆ rerum omnium principium insinuari & CHRISTO aeternitatem vindicari. Principium enim sine limitatione simpliciter nominatur, quod non aliud esse potest, quam absolute tale Matth. XIX, 4. 8. Ebr. I, 10. Subiicitur enim statim creatio, quam qui mystice exponunt, nil nisi libidinem S. Scripturam detorquendi suisque opinionibus praeconceptis ad commodandi produnt. Respondet enim nomen ἀρχῆ Hebraico אֲרֵכְרָא seu rerum omni genesi. In hoc principio, cum λόγος ante incarnationem apud patrem existitisse dicatur, & quidquid tempus antegreditur, aeternum sit, quis eidem aeternitatem negauerit? Quod si vel centum dicta (k) corraferint Sociniani, in quibus ἀρχῆ secundum quid adciatur, num iis obtinebunt, eam h. l. absolute haud intelligendam esse. Nec ex Marc. I, 1. quidquam proficiunt, quia ibi vox haec ad Historiam MARCI Evangelicam restringitur. Sed ab hac ad oeconomiam euangelicam non V. C. multo minus ad principium, in quo omnia condita esse feruntur. Tacita autem obiectio de praerogatiua Ioannis, peraeque absque omni textus indicio, quam secta mustea, nuper ab Anonymo (l) cum alia commutata, sine omni antiquitatis testimonio, ex solo ingenio temere confingitur. Praetexunt quinto, verba IOANNIS conuertenda esse: Verbum caro fuit, quia hunc significatum tum vox ἐγένετο admit-
tat; tum ordo poscat. Haec verba, ait Catech. Racouiens. (m) verbum caro factum est, vel potius, sermo caro factus est, possunt & debent ita reddi; sermo caro fuit. Tam frigida haec est traductio. vt ENIEDINVS, aliique Sociniani ab ea sibi temperarint. Quis sensus sententiae; verbum caro fuit? Num CHRISTVS desit esse homo? Τὸ γινεσθαι non sine abusu προτιναί, poni, & a poetis ferme vsurpari animaduerterunt Grammatici. Hellenistae quidem hos ob convenientiam τοῦ γινεσθαι & γινεσθαι facilius potuerunt sequi; sed rariora aut nulla in N. T. deprehenduntur exempla. (n) Famosior significatus eo minus h. l. deserendus est, quod in toto prologo IOANNES distin-

(k) Solide, quaecumque a Socinianis huc referuntur Scripturae dicta, examinauit B. CALOVIUS scriptor. Antisocin. T. II, p. 461. sqq.

(l) Bibl. Angl. T. V. p. 259. Notauit eum, vt & SOCINVM, LAMPPIVS Dissert. de λογῶν Deitate contra Socinianos §. XIV. & XVII. M. III. Syntagmas. Dissert. Vol. I. p. 253. 255. vt & Comment. Euang. Sec. Ioann. T. I. Proleg. L. II. C. III §. XI. XLIV. sq. p. 180. 201. sq.

(m) quaest. 145 p. 259. Add. SMALCIVS l. c. p. 22 & OSTORODVS in der unterrichtung p. 99.

(n) Vid. PETAVIVS Dogm. Theol. de incarnat. L. IV. C. II.

distinguat inter $\eta\gamma$ & $\epsilon\gamma\epsilon\tau\omicron$ illud ad ea, quae CHRISTVS ab aeterno habuit; hoc ad illa, quae in tempore adcepit, referens. Nec repugnat ordo seu contextus antecedentium. Quid obstat, quominus prius indicetur, quo pacto praecursor a $\lambda\omicron\gamma\omega$ distinguendus & de eodem testatus sit; postea demum commemoretur, quomodo is carnem induerit, & in illa gloriam reuelarit. Falluntur, qui cum WOLZOGENIO opinantur, Monophysitis nostram fauere explicationem, quam his non sine successu opposuerunt Patres. (o) Eutychanisimum damnamus, isque nobis iniique impingitur. Credimus enim CHRISTVM factum esse hominem $\alpha\sigma\upsilon\chi\upsilon\tau\omicron\varsigma \kappa\alpha\iota \alpha\tau\epsilon\pi\tau\omega\varsigma$ Excipiunt sexto carnem h. i. designare hominem miserum & abiectum. Ita Catech. Racon. (p) quod homo fuerit, omnibus miseriis & afflictionibus ac morti denique subiectus. Sed hanc esse notionem nominis $\sigma\acute{\alpha}\rho\kappa\iota\varsigma$ doceri nequit. Et si vel maxime fieri id posset, alienum tamen ab h. l. foret. Adsumsit Christus infirmitates humanas in exinanitione, Phil. II. 7.; sed hic agitur non de exinanitione hominis, sed incarnatione Filii DEI, illustribus signis manifestata. Quomodo enim quaeso, inquit celeb. OEDERVS (q), cogitabit lector de infirmitate & afflictionibus Christi eodem loco, quo legit, Ioannem de Christi gloria, quam vidisset cum Collegis suis narrantem. Indisimulabile est, in S. litteris carnem pro toto homine ex anima & corpore constante dici v. g. Gen. VI, 12. 13. Matth. XXIV, 22. Io. XVII, 2. Quod si ad animum reuocasset WOLZOGENIVS, huic exegefi haud imputasset Apollinarisimum, quem nec veteres illi haeretici, nec recenter WHISTONVS ex hoc dicto recte explanato potuerunt exsculpere. Sed occurrunt nobis, qui distinguunt inter hominem & carnem fieri, vt $\lambda\omicron\gamma\omega\varsigma$ in DEVM-Hominem mutant. *Wer die himmlische Gott-Menschheit Christi gläubet, der gläubet nicht, daß er erst Mensch geworden ist, da er aus Maria geboren, und als das Wort Fleisch worden Io. 1, 14. weil die Schrift keiner Menschwerdung, sondern stets der Fleischwerdung gedencket.* Precaria & Scripturae ignota haec est subtilitas. Nonne omnis homo est caro h. e. constat ex anima & corpore? Num homo est, qui carnem non habet? Nonne CHRISTVS homo dicitur, quia nostram carnem participauit? Hebr. II. 11. 14. 16. 17. Nonne CHRISTVS exaltatus homo est & carnem habet? Nonne coelites in beatitudine consummata homines erunt habebuntque carnem? Miror, homines, tam facile abduci posse a

Pro-

(o) COCCEIVS *Consider. Princ. IOANN. C. XV. Opp. T. IV. p. 105.*
LAMPIVS in IOANN. p. 359. not. b.

(p) *Quaest. 146. p. 260.* SMALCIVS I. c. & OSTORODVS p. 101. 102

(q) *Not. ad Catech. Raconiens. p. 264.*

Proteuangelio, Euangelio V. & N. T. quod semen mulieris Gen. III. 15. semen Abrahæ Gen. XXII. 18. filium Dauidis Rom. I. 3. verbo IESVM in carne annunciat, conuersi ad aliud anathemate dignum Gal. I. 6. sqq. Doleo, viros, quorum pro veritate & pietate Zelus rectora pollicebatur, dogma PETERSENI & vxoris (r) vere monstrosum & periculosum, a nullo quod sciam, Euangelici caetus publico Doctore adprobatum, & grauitè repressum (f) adoptare, atque per nostras ecclesias disseminare. Potior nobis sit autoritas Sp. S. qui in CHRISTO duo tantum nobis monstrat: Verbum (DEVM) & carnem (hominem). Disquiri adhuc poterat: numne λόγος per rationem quam verbum rectius vertatur? Commendat prius CLERICVS, hypothesi procul dubio seruiens, cui quoque indulgit famosus ille IO. CHRIST. EDELMANN, qui tractatui nouissime publicato f. t. *Die Göttlichkeit der Vernunft &c.* adscripsit Io. I. 1-3. *im Anfange war die Vernunft, und die Vernunft war bey Gott, und Gott war die Vernunft.* Non desunt tamen viri. in quos nulla suspicio cadit, rationem verbo præferentes (v). Et si dicendum est, quod res, perinde est, siue verbum & sermo, siue ratio & sapientia dicatur λόγος, modo illius personalitas & Θεότης facta testaque conferuetur (x). Abusitamen magis est obnoxia vox rationis, quæ & simpliciores, si iis proponeretur, confunderet & offenderet. Magis quoque scopo IOANNIS consentaneum est nomen verbum, quod & Internum v. i. sq. & externum v. 18. complectitur. Plura non addo, sed finio verbis, quibus AVGVSTINVS (y) expositionem Capitis primi IOANNIS obsignat: *Haec nunc sufficiant, aedificamini in domino Iesu Christo, & confortamini in fide, & vigilate in bonis operibus.*

(r) v. PETERSENI *Lebens-Beschreibung* p. 358. sq. & vxoris p. 62. sq. nec non *das Geheimniß des Erstgeborenen* v. g. p. 61. 342.

(f) Comp. FISCHLINI *mysterium primogeniti* p. 8. sq. & D. BVD-DEI *Instit. Th. Dogm. L. IV. c. II. §. V. & XLIV.* p. m. 785 sq. p. 882.

(t) *Paraphras. & animaduers. in XVIII. priora commata C. I. Io. præfixis eiusd. comment in Mos. Lib. IV. præf. præf. Add. D. GRAPIVS Th. Rec. Contr. p. 144. §. II.*

(v) In his est CAMP. VITRINGA *Anacr. Apoc ad C. XIX. v. 13.* p. 824 sq.

(x) conf. D. RVS. *Harm. Euangelist. T. I. p. 13.*

(y) *Tract. II. Opp. T. IX. Ed. Lugd. 1562. p. 21.*

P. P. sub Sigillo Rectorali

Fer. I. Natiu. Ao. AË, CHR, CIICCCXLII.



distinguat inter $\eta\upsilon$ & $\epsilon\gamma\acute{\epsilon}\nu\epsilon\tau\omicron$ illud ad ea, quae CHRISTUS non habuit; hoc ad illa, quae in tempore adcepit, referre pugnat ordo seu contextus antecedentium. Quid minus prius indicetur, quo pacto praecursor a $\lambda\omicron\gamma\omega\varsigma$ & de eodem testatus sit; postea demum commemoretur, cum is carnem induerit, & in illa gloriam reuelarit. Falsum cum WOLZOGENIO opinantur, Monophysitis nostram applicationem, quam his non sine successu opposuerunt, Eutychianismum damnamus, isque nobis inique imputamus enim CHRISTVM factum esse hominem $\alpha\sigma\upsilon\gamma\chi\omicron\tau\omicron\varsigma$ Excipiunt sexto carnem h. l. designare hominem misistum. Ita Catech. Racoñ. (p) quod homo fuerit, omnibus misistibus ac morti denique subiectus. Sed hanc esse notionem ad doceri nequit. Et si vel maxime fieri id posset, alienum foret. Adsumsit Christus infirmitates humanas in exina II. 7.; sed hic agitur non de exinanitione hominis, sed Filii DEI, illustribus signis manifestata. Quomodo enim celeb. OEDERVS (q), cogitabit lector de infirmitate & afflicti eodem loco, quo legit, Ioannem de Christi gloria, quam vidit suis narrantem. Indissimulabile est, in S. litteris carnem mine ex anima & corpore constante dici v. g. Gen. VI, XXIV, 22. Io. XVII, 2. Quod si ad animum reuocasset NIVS, huic exegesi haud imputasset Apollinarismum, teres illi haeretici, nec recenter WHISTONVS ex hoc dplanato potuerunt exsculpere. Sed occurrunt nobis, qui inter hominem & carnem fieri, vt $\lambda\omicron\gamma\omega\varsigma$ in DEVM-Hommutent. *Wer die himmlische Gott-Menschheit Christi gläubicht, daß er erst Mensch geworden ist, da er aus Maria geboren Wort Fleisch worden Io. I, 14. weil die Schrift keiner Menschen stets der Fleischwerdung gedencket. Precaria & Scrip haec est subtilitas. Nonne omnis homo est caro h. e. c. ma & corpore? Num homo est, qui carnem non haCHRISTVS homo dicitur, quia nostram carnem participat II. 11. 14. 16. 17. Nonne CHRISTVS exaltatus homo habet? Nonne coelites in beatitudine consummata habebuntque carnem? Miror, homines, tam facile*

- (o) COCCEIUS *Consider. Princ. IOANN. C. XV. Opp. LAMPIVS in IOANN. p. 359. not. b.*
 (p) *Quaest. 146. p. 260. SMALCIUS I. c. & OS 101. 102*
 (q) *Not. ad Catech. Racoñens. p. 264.*

